Corallum nigrum, *C. B. Pin.* 366. *Rar. Muſ. Beſl.* T. xxviii. Keratophyton arboreum, nigrum, *Boerh. Ind. A.* 6. Lithophyton nigrum, arboreum, *Tourn. Inſt.* 574. Lithophyton nigrum, majus, & craſſius, *Elem. Bot.* 446. Pſeudocorallium nigrum, *Boet.* 319. **Black Coral.** In mari Italico, ſed rarius, Oceano Americano frequentius reperitur. *Vires.* Cum reliquis convenit viribus, *Dioſc.*

A. 4. Aſtroites Stellaris, & Stellæ Lapis, *Mont. Exot.* 7. Aſtroites diſtinctiſſimè Stellas emulas, *Muſ. Swam.* 6. Aſtroites, *Geſn. de Fig. Lap.* 35. *Worm. Muſ.* 68. *Plot. Hiſt. Oxon.* 87. *Tab.* ii. f. 6, 7. Lapidis Aſtroitidis, ſive Stellaris primum genus, *Boet.* 298. *Cat. Jamaic.* 2. *Hiſt. Vol.* I. pag. 54. *Tab.* xxi. Stellatus Lapis, *Aldrov. Muſ. Metall.* 872. *Fig.* 877, 878, 879. Stellarius Lapis, *Laet. de Gemm.* 97. **Star-Stone.** In mare prope Jamaicæ Inſulam reperitur. *Vires.* Cum Coralliis viribus convenit.

II. *De Muſco marino lapideo, ſeu Corallina.*

A. CORallina, *Offic. J. B.* iii. 810. *Raii Hiſt.* i. 65. *Chab.* 577. *Tourn. Inſt.* 570. *El. Bot.* 444. Corallina Anglica, *Ger.* 1379. *Emac.* 1571. Muſcus maritimus, ſive Corallina Officinarum, *C. B.* 363. Muſcus marinus, ſive Corallina alba Officinarum, *Park.* 1295. **Sea-Coralline, White Worm-Seed.** Rupibus marinis, petris, & etiam conchis accreſcit, ubique ferè apud nos. *Vires.* In pulverem craſſiuſculum contrita, ad interraneorum vermes necandos, atque etiam expellendos, non immeritò celebratur.

CLASSIS SECUNDA,

SEU

BOTANOLOGIÆ

SECTIO PRIMA.

De Plantis Imperfectis.

PLantas imperfectas voco, quæ flore & ſemine carere videntur.

Hæ ex loco natali diſtingui poſſunt in

- Aquaticas; quæ vel
  - Marinæ conſiſtentiæ tenerioris & herbaceæ referentes
    - Herbas
      - Majores, & latifoliæ: *Fucus.*
      - Minores, & graminifoliæ: *Alga.*
    - Muſcum
      - Majorem: *Lichen marinus.*
      - Minorem: *Muſcus marinus.*
    - Fungum, ſubſtantia vel
      - Molliore: *Spongia.*
      - Duriore: *Alcyonia.*
  - Aquarum dulcium alumnæ, foliis trifidis: *Lens Paluſtris.*
- Extra aquas naſcentes; quæ vel ſunt ſubſtantiæ
  - Craſſioris ad carnes, aut ligna accedentis:
    - Lamellati, & pileati: *Fungi.*
    - Lamellis carentes,
      - Arborei,
        - Solidi: *Agaricus.*
        - Membranacei: *Auricula Judæ.*
      - Terreſtres,
        - Capitati: *Phalloides.*
        - Globoſi: *Crepitus Lupi.*
        - Subterranei: *Tubera Terræ.*
  - Tenuioris, & ſiccioris, ad herbæ naturam propiùs accedentis. Hæ vel ſunt
    - Cauliferæ, & ramoſæ: *Muſci.*
    - Caule carentes, cruſtæ modo in arboribus reptantes: *Lichen Arboreus.*

I. *De Alga graminea.*

NOTÆ ſunt: planta ſubmarina conſiſtentiæ herbaceæ foliis gramineis in foliorum ſinu ſemina continentes, R. Meth. Auct. *p.* 4.

A. Alga, *Offic. Ger. Emac.* 1569. Alga, & Ulva, *Chab.* 569. Alga anguifolia vitrariorum, *C. B.* 364. *J. B.* iii. 794. *Raii Hiſt.* i. 75. Fucus marinus, ſive Alga marina graminea, *Park.* 1292. *Hiſt. Oxon.* iii. 647. *Raii Synop.* 7. **Graſs-Wrack.** In litoribus marinis ubique reperitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Vim habet refrigeratoriam, non podagræ modo, ſed etiam inflammationibus utilem, *Dioſc.*

II. *De Fuco.*

PLantæ ſunt ſubmarinæ, conſiſtentiæ mollioris, folliculacei, plerumque dichotomi, ſeminiferi duplicis generis folliculos habens, alios ventoſos & aëre dun-

duntaxat plenos, alios ſeminibus fœtos. Raii Meth. Auct. *p.* 4.

A. 1. Quercus marina, *Offic. Ger.* 1378. *Emac.* 1567. *Park. Theat.* 1294. *Aldrov. Dendr.* 160. Fucus maritimus, vel Quercus maritima veſiculas habens, *Pin.* 365. *Tourn. Inſt.* 566. *Boerh. Ind.* A. 9. Fucus, ſive Alga marina latifolia vulgatiſſima, *Raii Hiſt.* i. 70. *Synop.* iii. 40. Fucus marinus vulgatiſſimus latifolius, foliis Quercinis veſiculis donatis, *Hiſt. Oxon.* iii. 647. **Common Sea-Wrack.** *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

Deſcriptio, quam Quercus ſuæ marinæ *Theophraſtus* tradit, adeò brevis eſt, & imperfecta, ut Botanicis inter ſe altercandi occaſionem præbuerit. *Cluſius*, & *Cæſalpinus*, Corallinæ fruticoſæ ſpeciem quandam eſſe volunt, quibuſcum conſentire non poſſum; ſed huc potiùs referendam cenſeo, quòd *Theophraſtus* Quercum ſuam marinam, folium oblongum, craſſum, & carnoſum habere prodiderit.

A. 2. Fucus, *Offic.* tertius, *Dioſc.* Fucus marinus, Rocella tinctorum dictus Alga tinctoria, *J. B.* iii. 797. *Raii Hiſt.* i. 74. *Tourn. Inſt.* 566. Fucus marinus, Rocella tinctorum, *C. B.* 365. Alga cornu cervi diviſura, *ejuſd.* 364. Alga tinctoria, *Hiſt. Oxon.* iii. 646. An Fucus, ſive Alga membranacea purpurea parva, *R. Synop.* iii. ? **Purple Sea-Wrack.** In Mari Mediterraneo reperitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Adverſus ſerpentes dedit *Nicander.* Hoc fuco quidam putant mulieres ſuum colorem mentiri, cum tamen ſit radicula ejuſdem nominis, qua ſeſe fucant, *Dioſc.*

A. 3. Vitis marina, & Lenticula marina, *Offic.* Lenticula marina, *Calc. Muſ.* 19. Lenticula marina ſerratis foliis, *Ger. Emac.* 1615. *Park. Theat.* 1281. Fucus folliculaceus ſerrato folio, *C. B. Pin.* 365. *Tourn. Inſt.* 568. *Raii Hiſt.* i. 72. *Hiſt. Oxon.* iii. 647. Fucus folliculaceus, ſerratus, Sargazo, *Mont. Exot.* 7. Sargaſo, *Piſ.* **Sea-Lentils.** In rupibus maritimis invenitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Contra difficultates urinandi utuntur Luſitani & Batavi. *Piſon.*

III. *De Muſco Marino.*

A. 1. Lichen marinus, *Offic. Ger.* 1377. *Emac.* 1566. *Raii Hiſt.* i. 77. *Synop.* x. Marinus platyphyllos, *Pluk. Almag.* 216. Fucus marinus; Lactuca marina dictus, *Park.* 1293. Fucus primus, *Dioſc.* Fucus marinus Lactucæ folio, *Hiſt. Oxon.* iii. 645. Fucus Lactucæ folio, *El. Bot.* 443. *Tourn. Inſt.* 568. Muſcus marinus Lactucæ folio, *C. B.* 364. Lactuca marina; Bryon Theophraſti, Dioſcoridis, & Plinii, *Chab.* 572. Bryon marinum Lactucæ foliis, *Calc. Muſ.* 19. Lactuca marina, ſive Intybacea, *J. B.* iii. 801. **Oiſter-green.** Petris, ſcopulis, ipſiſque teſtis adnaſcitur. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum Alga viribus convenit.

A. 2. Muſcus marinus, *Offic.* Muſcus marinus capillaceus Dioſcoridis, *Parkinſon.* 1288. *Hiſt. Oxon.* iii. 649. Muſcus marinus capillaceus Dioſcoridis, & Donati, *R. H.* 79. Muſcus marinus verus Dioſcoridis, *Donat.* pag. 61. **Sea-Moſs.** In Mari Adriatico invenitur, in ſcopulis, teſtaceiſque. Planta eſt gracilis, capillacea, caulis expers. *Uſu.* Tota planta. *Vires.* Præcipua eſt ſpiſſandi vis, & collectiones cohibendi, & podagras; quas refrigerare opus ſit, *Dioſc.*

Hæc planta *Conſtantino* pro Muſco marino *Dioſcoridis* accipitur; cum quo potiùs conſentio, quàm cum iis qui pro Muſco illo Corallinam Officin. habent. *Parkinſonus* noſter pro Fuco capillaceo folio *Theophraſti* habet.

IV. *De Spongia.*

A. Spongia globoſa, *C. B.* 368. *Imp.* 635. *Tourn. Inſt.* 575. *J. B.* iii. 816. *Raii Hiſt.* i. 80. *Hiſt. Oxon.* iii. 653. Spongia marina alba, *Ger.* 1383. *Emac.* 1577. Spongia marina uſualis, *Park.* 1303. **Spunge.** Eſt ſubſtantia mollis, laxa, rara, poroſa, levis coloris, ſpadicei, albicantis, vel flaveſcentis ſaporis, & odoris nullius evidentis. Saxis, conchis, aliiſque marinis adnaſcitur. In *Uſu* eſt integra planta. *Vires.* Uſus ejus internus, vel nullus, vel rarus eſt, quia non ſolvitur ventriculo, unde, ob intumeſcentiam, rurſus ejicitur vel ſupra vel infra, ac ideo pro veneno habetur: Potiùs in uſu eſt Chirurgico ad ſanguinem ſiſtendum. Vide *Imperatum & Archigenis Fragmenta* apud *Ætium de Spongiæ Uſu*, Cap. clxx.

V. *De Alcyonio.*

Quænam ſint corpora illa Alcyonia *Græcis dicta, & unde originem habeant, inter Botanicos controvertitur, & adhuc dubium manet.* Plinius *nidos quarundam avium in mari extructos eſſe tradit.* Imperatus, *minuta palea & pilorum fruſtula, in maſſas agitatione maris conglobata, tradit.* Schrochius *arundinum cum foliis ſuis progeniem eſſe, quodque in pluribus, quæ diſſecuit, & aperuit, plantam ipſam obvolutam*

obvolutam in medio invenerit, affirmat. Dioſcorides *quinque ſpecies enumerat. Harum quatuor in hoc capite exhibemus;* *quintam,* Lib. iii. in *Capite vel* Oſtreorum, *vel* Myrtillorum; *quorum ſcilicet progenies eſt. Eorum autem utrumvis ſecundum* Dioſcoridis *cenſeri poteſt, notis ſcilicet nullis in textu propoſitis reclamantibus.*

A. 1. Alcyonium durum, *Offic.* Alcyonium durum ſive primum Dioſcoridis Imperato, *C. B.* 368. *Tourn. Inſt.* 576. Alcyonium ſpongioſum Officinarum, *J. B.* iii. 816. *Chab.* 579. *Raii Hiſt.* i. 82. *Hiſt. Oxon.* iii. 654. Alcyonium ſpongioſum Dioſcoridis, flavum marinum quorundam, *Donat.* 11. Alcyonium primum Dioſcoridis, *Calc. Muſ.* 21. Alcyonium, ſeu eorum ruſcum, *Worm.* 48. **Hard-Baſtard-Spunge.** *Uſu.* Tota planta. In ſeminarum ſmegmata aſſumuntur contra lentigines, lichenes, lepras, vitiligines, nigritias, & maculas in facie, reliquoque corpore, *Dioſc.*

A. 2. Alcyonium vermiculatum, *Offic.* Alcyonium vermiculare Imperati, *C. B.* 368. Alcyonium vermiculare, *Imperat.* 639. *Hiſt. Oxon.* iii. 654. Alcyonium tertium Dioſcoridis, *Cæſalpin.* 608. Alcyonium vermiculatum purpureum candidum & flaveſcens, *Tourn. Inſt.* 576. **Vermiculate Baſtard-Spunge.** *Uſu.* Planta integra. *Vires.* Iis qui difficili urinâ vexantur, aut arenulas in veſica colligunt, idoneum eſt; item renibus affectis, aquæ inter cutem, lieni, *Dioſc.*

A. 3. Alcyonium ſtuppoſum, *Offic.* Alcyonium ſtuppoſum Imperati, *J. B.* iii. 817. *Raii Hiſt.* i. 82. Alcyonium ſtuppoſum, *Imp.* 640. *Tourn. Inſt.* 576. Alcyonium ſtuppoſum dictum, *Chab.* 579. Alcyonium ſtuppoſum vel quartum Dioſcoridis & Imperati, *C. B.* 368. *Hiſt. Oxon.* iii. 654. **Thready Baſtard-Spunge.** *Uſu.* Planta. *Vires.* Ejuſdem cum præcedenti vires obtinet, verum haud parum imbecilliores, *Galen.*

A. 4. Alcyonium tuberoſum, *Offic. J. B.* iii. 817. *Raii Hiſt.* i. 82. *Hiſt. Oxon.* iii. 654. Alcyonium tuberoſum ficûs formâ, *Imp.* 641. *Tourn. Inſt.* 576. Alcyonium formâ fructûs alicujus ficûs, *C. B.* 368. **Tuberoſe-Baſtard-Spunge.** *Uſu.* Integra Planta. *Vires.* Dealbandis dentibus aptum eſt: In alia Smegmata, Pſilothraque, aſſumitur cum ſale miſtum, *Dioſc.*

VI. *De Fungo.*

Fungi nihil ferè habent commune cum plantis perfectioribus; nec enim color iis herbaceus, nec textura analoga, neque flos ullus, aut folium propriè dictum. Breviſſimo temporis ſpatio plerique oriuntur, & brevis pariter ævi ſunt, Raii Synop. pag. 8.

A. 1. Fungus, *Offic.* Fungus eſculentus, 12 *Park.* 1317. Fungus pileolo lato & rotundo, *C. B.* 370. *Tourn. Inſt.* 556. Fungus pileolo lato & rotundo livido, *Hiſt. Oxon.* iii. 636. Fungus campeſtris albus supernè, infernè rubens, *J. B.* iii. 824. *Raii Hiſt.* i. 87. *Synop.* 11. *Buxb.* 119. *Chab.* 581. Fungus parùm rubens infernè, pileo albo plano, quandoque umbilicato, *Sterb.* p. 28. *Tab.* F. Amanita campeſtris alba ſupernè, infernè rubens, *Dill. Cat.* 177. **The Muſhrome or Champignon.** In paſcuis ſterilioribus in autumno reperitur. *Uſu.* Integra planta in culinis aceto condita; in Officinis autem rarò aut nunquam uſurpatur.

A. 2. Crepitus Lupi, *Offic.* Lupi Crepitus, ſive Fungus ovatus, *Park.* 1323. Fungus rotundus orbicularis, *C. B.* 374. *Hiſt. Oxon.* iii. 641. Fungus orbicularis, ſeu Lupi Crepitus, *Ger.* 1385. *Emac.* 1582. Fungus pulverulentus dictus Crepitus Lupi, *J. B.* iii. 848. *Chab.* 591. *Raii Hiſt.* i. 104. *Synop.* 16. Fungorum noxiorum 26 generis 1 Species, *Sterb.* 273. *Tab.* 29. F. Lycoperdon vulgare, *El. Bot.* 441. *Tourn. Inſt.* 563. *Buxb.* 201. Boviſta Officinarum, *Dill. Cat.* 196. **Puff-balls, Bull-fiſts, Molli-puffs.** In paſcuis ubique ferè in Autumno invenitur. *Uſu.* Integræ plantæ. *Vires.* Siccat & aſtringit, unde vulneribus inſperſus ſanguinem ſiſtit, ulcera inveterata deſiccat, hæmorrhoidum fluxum cohibet: Oculis tamen inimicus cenſetur, *R. H.* p. 105. Pulvis eſt ſummum remedium contra Hæmorrhagiam, *Boerh.*

A. 3. Lycoperdon maximum, *Offic.* Lycoperdon Alpinum maximum, *El. Bot.* 441. Lycoperdon Alpinum maximum, cortice lacero, *Tourn. Inſt.* 563. Fungus maximus rotundus, pulverulentus dictus, Germanis **Pfo-fiſt,** *J. B.* iii. 848. *Raii Hiſt.* i. 105. *Synop.* 16. *Hiſt. Oxon.* iii. 641. Fungi rotundi orbicularis ſecundum genus, *C. B.* 375. Fungorum noxiorum 26 generis 2 ſpecies, *Sterb.* 270. *Tab.* 28. C. Boviſta maxima alba, *Dill. Cat.* 196. **Great-duſty-Muſhrome.** In pinguioribus paſcuis, & ad fimeta reperitur.

Uſu. Planta integra. Caput humanum magnitudine interdum æquat. *Vires.* Ad compeſcendas ſanguinis eruptiones etiam periculoſiſſimas commendatur: in quem uſum tonſores eos adſervare multis Germaniæ in locis obſervavit *Cluſius.*

A. 4. Boletus, *Offic.* Tubera Cervina, *C. B.* 376. *Park.* 1320. *Hiſt. Oxon.* iii. 638. Tubera pernicioſa terreſtria ſive cervina, *Sterb.* 315. *Tab.* 32. B. Tuberum genus quibuſdam Cervi Boletus, *J. B.* iii. 851. *Raii Hiſt.* i. 111. Cervi Boletus, *Chab.* 591. Deers-balls. E terra effodiuntur. *Uſu.* Integra planta magnitudine Juglandis, inæqualis, externè cineraceo colore, internè ex albo purpuraſcente, guſtu grato. *Vires.* Rari uſûs eſt, nec adhibetur, niſi quod nonnulli ad libidinis ſtimulum, lactiſque incrementum eum commendent. Extrinſecus commendatur ad uterinas aſcenſiones compeſcendas, & partûs difficultatem, *Schrod.*

A. 5. Auricula Judæ, & Fungi Sambuci, *Offic.* Fungus membranaceus auriculam referens, ſive Sambucinus, *C. B.* 372. *Raii Hiſt.* i. 106. *Synop.* 18. Fungus membranaceus auriculam referens, *Hiſt. Oxon.* iii. 642. Fungus Auriculæ Judæ, coloris ex cineraceo nigricantis, pernicioſus, in Sambuci caudice naſcens, *J. B.* iii. 840. Fungus Auriculæ Judæ, coloris ex cineraceo nigricantis, pernicioſus, *Chab.* 588. Fungus Sambucinus, ſive Auricula Judæ, *Ger. Emac.* 1481. Fungus Sambuci, vel Auricula Judæ, *Sterb.* 256. *Tab.* 27. H. Fungus Sambucinus, *Park.* 1320. Agaricus Auriculæ formâ, *El. Bot.* 441. *Tourn. Inſt.* 562. *Boerh. Ind. A.* 14. *Buxb.* 7. Agaricum Auriculæ formâ, *Mich. Nov. Gen.* 124. *Tab.* 66. 1. Peziza auriculam referens, *Dill. Cat.* 195. Jews-Ear. Eſt imi trunci veteris excreſcentia ſpongioſa, lævis, coriacea, & membranacea, auriculæ inſtar, ſubtus incana & cinerea, ſupra nigricans, ſaporis terrei, & aquei, odoris nullius. *Uſus* eſt integræ plantæ. *Vires.* In lacte decoctus, aut aceto maceratus, in Angina, aliiſque oris aut gutturis tumoribus aut inflammationibus exhiberi ſolet ad gargariſandum, aut guttur eluendum. *R. Cat.* pag. 22. Inhibet motum ſanguinis, ergo aſtringit.

A. 6. Agaricus, *Ger.* 1183. *Emac.* 1366. *Sterb.* 245. *Tab.* 27. C. Agaricus, ſive Fungus Laricis, *C. B.* 375. *Elem. Bot.* 441. *Tourn. Inſt.* 562. Agaricus ex Larice, *Park.* 249. Agaricum, *J. B.* i. 268. *Raii Hiſt.* i. 107. Agarick. Eſt trunci Laricis excreſcentia fungoſa, ex rotundo anguloſa, inæqualis, pugni magnitudine, ſubſtantia internè candidiſſima, leviſſima, friabili, paucis fibris intertexta, ex cortice calloſo, cinereo ſubrufo, cui incluſa exempta. Vel Notæ optimi Agarici hoc diſticho continentur:

Res frangi præſto pretioſus Agaricus eſto,
Candidus & ſplendens, bonus in libra leve pendens.

Optimus habetur hodie qui in ſylvis Tridentinis & Noricis oritur. Non, ut reliqui Fungi, nocte unâ prodit, ſed annum integrum ad ſui perfectionem requirit. *Uſu* eſt integra planta. *Vires.* Purgat pituitam, præcipuè craſſam & lentam, & bilem utramque. Corrigitur cum Zingib. Caryophyll. Sal. Gemm. Cryſtal. Tart. &c. *Præp.* Agaric. Troch. Pil. de Agarico. Vide plura apud *Bellonium de Arbor. Conif. & Campegium in Gall. Pentapharm.*

A. 7. Fungus typhoides coccineus, *Offic.* Fungus typhoides coccineus Melitenſis, *Bocc. Plant. rar.* 80. *Raii Hiſt.* ii. 1851. Fungus Melitenſis ejuſd. *Muſ. di Fiſica* 56. Tab. 4. Fungus typhoides coccineus tuberoſus Melitenſis, *Ejuſd.* 69. Fungus typhoides Lubernenſis, *Filli Hort. Piſan.* 64. Cynomorion purpureum Officinarum, *Mich. Nov. Gen.* 17. *Tab.* 12. Scarlet Muſhrome. In ſcopulo Melitæ Inſulæ adjacente invenitur. Aſtringit maxime, unde ei præcipua laus in cohibendo ſanguinis profluvio; cujus in pulverem ſoluti ſcrupulum aut amplius in vino aut juſculo dilutum hauriunt, *Bocc.*

A. 8. Phalloides, *Offic.* Fungus phalloides, *J. B.* iii. 843. *Chab.* 388. *Raii Hiſt.* i. 103. *Synop.* 15. Fungus virilis penis effigie, *Ger. Emac.* 1583. Fungus fœtidus, penis imaginem referens, *C. B.* 374. *Hiſt. Oxon.* iii. 640. Phallus Hollandicus, *Park.* 1322. Phallus Adriani Junii, *Sterb.* 277. *Tab.* 30. A. Boletus phalloides, *Tourn. Inſt.* 562. *Buxb.* 41. *Vires.* Magnæ eſſe utilitatis in ferventi & intolerabili artuum cruciatu refert *Adrian Jun.* A Ruſticis in Saxonia externè applicatur in artuum cruciatibus, *Buxb.* 41.

A. 9. Tubera, *Offic. C. B.* 376. *J. B.* iii. 849. *Chab.* 591. *Raii Hiſt.* i. 110. *Synop.* 20. *Sterb.* 308. *Tab.* 32. A. *Hiſt. Oxon.* iii. 638. Tubera Matthioli, *El. Bot.* 442. *Tourn. Inſt.* 565. Tubera terræ, *Ger.* 1385. *Emac.* 1583. Tubera terræ edibilia, *Park.* 1319. Truffles or Trubs. E terra effodiuntur. *Uſu.* Integra Planta magnitudine varia, tuberculis extantibus inæqualis, externâ

ternâ facie rugoſâ, nigrâ, internâ ſubſtantia alba, guſtu fatuo, odore nonnihil gravi, *Vires.* Venerem ſtimulant, cocta & pro Emplaſtro impoſita Anginoſis proſunt. Vaſcula ſeminalia in Tuberibus Terræ obſervavit D. *Tancredus Robinſon*, *M. D.* viginti abhinc annis. Vid. *Tranſact. Phil.* In juſculis & acetariis frequens eorum uſus.

In Italia Tubera terræ quærendi & colligendi modo ridiculo utuntur. Porcellum ſcilicet in paſcua, ubi eorum proventus eſt, agunt, qui odore inventa roſtro eruit; eumque inſequitur quidam, qui eruta colligit.

VII. *De Muſco.*

MUſcus autem, quamvis res notiſſima ſit, ejuſque ſpecies ab unoquoque primo ſtatim aſpectu agnoſcantur, non tamen ità facile eſt eam definire, aut generalem aliquam deſcriptionem cudere, quæ omnibus Muſcis & ſolis conveniat. Solent autem Muſci cenſeri aridiores illæ & exſuccæ, plerumque decolores, ſubſtantiæ, quæ oriuntur vel in opacis, vel in muris, tectis, arboribus, petris, aliiſque locis ſterilioribus, immodice frigore aut calore peruſtis, aut etiam ſiccis, & ſqualidis, in quibus plantæ perfectæ non provenire, nec durare poſſunt; aut ſaltem plantis perfectioribus minus commoda & propitia ſunt, R. H. p. 112.

A. 1. Muſcus, *Offic.* Muſcus Uſnea, *Chab.* 559. Muſcus arboreus: Uſnea Officinarum, *C. B.* 361. *Raii Hiſt.* i. 114. *Synop.* iii. 64. Muſcus arboreus villoſus, *J. B.* iii. 763. *Synop.* 22. Muſcus arboreus vulgaris & Quercinus, *Park.* 1372. Muſcus Quernus, *Ger.* 1369. *emac.* 1558. Conſerva arborea cinerea vulgaris longa, *Dill. Cat.* 200. Muſco fungus arboreus vulgaris comoſus cinereus, *Hiſt. Oxon.* iii. 635. Lichen arboreus villoſus, *Buxb.* 189. **Hairy Tree-Moſs.** Ex arboribus adultis villi dependent incani, lignoſi, tenuibus contexti filis, guſtu adſtringente. In Anglia rarior eſt. *Uſu.* Integra planta. *Vires.* Muſcus omnis aſtringit, *Schrod.*

A. 2. Muſcus pulmonarius Offic. *C. B.* 361. Muſcus arboreus pulmonarius, *Raii Hiſt.* i. 116. *Synop.* 22. Muſcus pulmonarius ſive Lichen arborum, *Park.* 1313. Lichen arborum, *Ger.* 1377. *Emac.* 1566. Lichen arboreus ſive Pulmonaria arborea, *J. B.* iii. 759. *Mich. Nov. Gen.* 86. *Tourn. Inſt.* 549. *Boerh. Ind.* A. 17. *Buxb.* 188. Lichen arboreus ſive Impetigo Morbus, & Mentagra quædam, atque Pulmonaria arborea fungoſa, *Aldrov. Dendr.* 176. Pulmonaria, Lichen arboreus, *Chab.* 558. Lichenoides peltatum arboreum maximum platyphyllum, *Dill. Cat. Giſſ.* 208. *Raii Synop.* iii. 76. Muſco-fungus arboreus platyphyllos ramoſus è viridi fuſcus, *Hiſt. Oxon.* iii. 634. **Tree Lungwort, Oak Lungs.** Eſt planta imperfecta, muſcoſa, conflata quaſi ex foliis latis coriaceis, rugoſis invicem incumbentibus, ſupernâ parte viridantibus, infernâ albicantibus, ſaporis terreſtris & aſtringentis. Arboribus, præſertim Quercui, adnaſcitur. *Uſu.* Integra planta. *Vires.* Siccat & aſtringit, unde ſanguinem profluentem compeſcit, vulnera recentia glutinat, alvum ac menſes ſiſtit. Utuntur eâ vulgò ad Pulmonum affectiones, &c. Vide plura apud *Fallopium de Muſco*, & *Ephem. German.*

A. 3. Muſcus pyxidatus, *Offic. Ger.* 1371. *Emac.* 1560. *Rand. Ind.* 59. *Park.* 1308. *J. B.* iii. 767. *Raii Hiſt.* i. 113. Muſcus pyxoides, *C. B.* 361. *Prod.* 152. Muſco-fungus pyxidatus vulgatior minor, *Hiſt. Oxon.* iii. 632. Lichen pyxidatus major, *Tourn. Inſt.* 549. *Mich. Nov. Gen.* 82. *Boerh. Ind.* A. 18. *Buxb.* 190. Lichenoides tubuloſum pyxidatum cinereum, *Dill. Cat.* 204. *Raii Synop.* iii. 68. **Cup-Moſs.** In aridioribus. *Uſu.* Integra Herba. *Vires.* In Tuſſi convulſivo puerorum ſpecifica æſtimatur.

A. 4. Lichen cinereus, *Offic.* Lichen cinereus terreſtris, *Raii Cat. Angl.* 185. *Hiſt.* i. 117. *Synop.* ii. 23. *Buxb.* 188. *Ind. Med.* lxvii. *Pluk. Almag.* 216. *Vaill. Plant. Explicat. Tab.* xxi. *Fig.* 16. Lichen Pulmonarius maximus, a cinereo rufeſcens, inferne ſubrufus, receptaculis florum rubris, plano-orbiculatis, *Mich. Plant. Gen.* 84. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, rufeſcens, ſuperne planus, inferne reticulatus, *Tourn. Inſt.* 549. *Hiſt. Par.* 483. Lichen Pulmonarius ſaxatilis digitatus, *Vaill. Bot. Par.* 116. Lichen pulmonarius, ſaxatilis digitatus major cinereus, *Rup. For. Jen.* 297. Lichen maritimus, *Boerh. Ind.* A. 16. Lichenoides peltatum terreſtre cinereum majus, foliis diviſis, *Dillen. Cat. Giſſ.* 208. *Raii Synop.* iii. 76. *Mart. Edit.* ii. 77. Muſco-fungus terreſtris latifolius cinereus Hepaticæ facie, *Hiſt. Oxon.* iii. 632. Muſcus terreſtris Hepaticæ facie vulgo **Ground-Liverwort.** In paſcuis ſiccioribus non infrequens reperitur. *Uſu.* Tota planta. *Vires.* Adverſus morſum Canis rabidi egregium eſt medicamentum.

A. 5. Lichen arboreus pullus, *Offic.* Lichen cruſtæ modo arboribus adcreſcens pullus, *Tourn. Inſt.* 548. *Boerh. Ind.* A. 16. Lichenoides cruſta folioſa ſcutellata, pullus, *Dillen. Cat. Giſſ.* 206.

Raii Synop. iii. 72. Muſcus cruſtæ aut Lichenis modo arboribus adnaſcens, *Ejuſd. Synop.* i. 14. ii. 23. *Hiſt.* i. 16. Muſco-fungus, lichenoides minor vulgaris pullus, *Hiſt. Oxon.* iii. 634. **Tree-Liverwort.** Ad arbores. *Uſu.* Tota planta. *Vires.* Hæc pro ſpecie Pulmonariâ arboreâ uſurpatur. Omnes hæ plantæ habent vim calefacientem, roborantem, & paulo adſtringentem; hinc ubi roborantia requiruntur, hæc data in Hæmorrhagiis conveniunt; dicitur eſſe optimum remedium in Aſthmate & tuſſi inveterata, *Boerh. Hiſt. Plant,*

VIII. *De Lenticularia.*

N*Ativitas in aqua, atque in ejus ſuperficie ſedes; habitus totus ſimplex foliaceus: Radiculæ tenues, capillaceæ, pellucidulæ,* Boerh. Ind. *A.* 19.

A. Lens paluſtris, *Offic. Ger.* 680. *Emac.* 829. *Rand. Ind.* 51. *Raii Synop.* iii. 129. *J. B.* iii. 784. *Chab.* 566. *Raii Hiſt.* i. 117. Lens paluſtris vulgaris, *Hiſt. Oxon.* iii. 619. Lens paluſtris ſive aquatica vulgaris, *Park.* 1262. Lenticula paluſtris vulgaris, *C. B.* 362. *Boerh. Ind.* A. 19. *Dill. Cat.* 105. *Buxb.* 184. Lenticularia minor monorrhiza foliis ſubrotundis utrinque viridibus, *Mich. Nov. Gen.* 16. **Ducks-Meat.** In aquoſis frequens. *Uſu.* Integra planta. *Vires.* Vis ei refrigerans, unde inflammationibus, Podagræ, & Ignibus ſacris convenit. Agglutinat etiam in pueris Hernias inteſtinorum, *Matth.* De flore & ſemine hujus plantulæ, vide *Dill. Append.* p. 118.

SECTIO SECUNDA.

Herbæ ſemine minutiſſimo & nudis oculis vix conſpicuo.

Herbæ ſemine minutiſſimo ſunt vel eodem

Caulibus ipſis aut pediculis privatis innaſcente inſidentéve: Hujus generis ſunt vel
Imperfectiores ſuperficie perenni,
Caule carentes, foliis in ſuperficie terræ reptatricibus latè ſe diffundentes, pediculis ſemina ſuſtinentibus è foliis enatis: *Lichen*
Cauliferæ,
Majores, ſemina in ſpicis clavas referentibus producentes: *Licopodium.*
Minores vaſculi ſeminalibus.

a b

a b

Caules terminantibus: *Polytrichum aureum.*
E lateribus caulium egredientibus: *Muſcus.*
Perfectiores, ſuperficie annua
Monophyllæ,
Spicatæ, folio integro ſimplici: *Ophioglosſum.*
Paniculatæ, folio è multis ſegmentis compoſito: *Lunaria.*
Polyphyllæ, foliis teretibus, caules ad nodos in orbem ambientibus multis, radiorum in modum; foliis & caulibus pyxidatim articulatis: *Equiſetum.*
Foliis averſis adnaſcente; foliis
Diviſis
Integris & indiviſis, oblongis,
Nullo ad baſin folii ſinu *Phyllitis.*
Sinu in baſi uniuſcujuſque ad pediculum fuſcato: *Hemionites.*
Pinnatis aut laciniatis, ſimplici diviſurâ,
Majores, folio
Breviore & latiore, radice purgatrice: *Polypodium.*
Longiore & anguſtiore: *Lonchitis.*
Minores, folio
Craſſiore laciniato dentato: *Scolopendria.*
Tenuiore pinnato: *Trichomanes.*
Surculoſis aut ſemel duntaxat ſubdiviſis
Majores, pinnis brevibus dentatis: *Filix Mas.*
Minores, pinnis
Denſius diſpoſitis anguſtioribus, pediculis brevibus aut nullis inſidentibus, filici mari ſimilis: *Dryopteris.*
Rarius diſpoſitis, latioribus, & obtuſioribus pediculis longiuſculis
Tenuibus, nigris, foliis tenuioribus: *Capillus Veneris.*
Craſſioribus & viridioribus: *Adianthum album.*
Ramoſis aut bis ſubdiviſis
Majores; pinnulis non dentatis, ſeminibus
Averſæ foliorum parti adnaſcentibus: *Filix Fæmina.*
In ſurculis in ſummitatibus foliorum congeſtis, paluſtrium alumnæ: *Oſmunda Regalis.*
Minores; pinnulis craſſioribus, longioribus, & anguſtioribus: *Adianthum Nigrum.*

I. *De*